



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermo de virtute exco[m]municationis Fratri Martino
Luther Augustiniano a linguis tertijs tandem euerberatus**

Luther, Martin

Lipsiæ, 1519

VD16 L 6037

Octavvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33415

... nisi episcopus
cias vel omittas, propter quod excommunicaris & flagellaris, quod
quo modo virgam non feras, sed cui omnia haec perueritissima sunt
non quid velit, sed quid faciat dicitur virga, consideramus. Quis
est enim nunc inter nos, qui tanto timore, timeat deum offendere
(pro quo utique solo excommunicamur, si iuste excommunicamur)
quanto studet excommunicationem vitare vel euadere? Ita fit, ut
semper poenas, etiam tam pias & bonas, plus timeamus, quam horrens-
dissimas culpas, Et ad id, pro dolor, cooperantur tam minaces
& imperiosi huius optimae potestatis ministri rabule forenses.

¶ OCTAVVM.

... dei per episcopum
Excōmunicatio, non tantum pro fidei contumacia, sed pro quos-
libet criminē scādalofo debet ferri, patet hoc ex praedictis, vbi Pau-
lus. i. Corin. v. &. ij. Tess. ij. Iubet vitari etiam fornicarios &c.
quod magna sit miseria, & huius potestatis iniuria, quod pro septima
aut octava parte florenti, quandoque excommunicentur, relictis inter-
rim horribilibus & scandalosis criminibus impunitis, efficit ad
hanc tyrannidem colorandam, satis vafro cōmento, quod scilicet, non
propter trāsgressiones, sed propter contumaciam excommunicens-
tur, quasi non sit hoc crudele satis, quod pauperem pro tantillo pres-
cio trahit per tantum spaciū, in tātas carnificinas suas. Sed haec alias

¶ NONVM.

Id super omnia, & in ijs omnibus considerandum est, quod potest-
tas Ecclesiae cum sit Christi potestas, licet pro nostris peccatis plures
rūque tradetur Pilatis, Herodibus, Annis, Caiphis, violentissimi-
mūque alijs tyrannis. nostrum tamen est, eam summis semper studijs
reuereri & colere, exemplo Christi, sic Annam, Caipham, Pilatū
honorauit. Ideo nec indignissima eiusdem abusiones, nos debent
permouere, quin quicquid ipsa fecerit, hilariter feramus, aut saltem
cum reuerentia declinemus. Nam tempus nostrum periculosissimū
est, ideo prudentissime oportet nos agere, ne propter pers-
sonas, potestatem pariter vilipendamus, immo propter potestas-
tem, etiam vilissimas personas honoremus. Sic enim iratus nos
bis dicit, dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabū-
tur eis. Isa. ij. Atque id eo facilius efficiemus, quando cognoscimur,
quod in animae profectum vel defectum nihil possunt nisi occasiona-
liter & exercitatie & tentatie (ut ita loquar) agere.

¶ DECIMVM.

...
Excōmunicatio iniusta, nobilissimū meritum est, ideo dulciter
ferenda, si excusationi tuae humiliter praestita, locus non fuerit da-
tus. Hic enim illud dices ps. cvij. Maledicent illi, et tu benedices.
tantum vide, ne potestatem contemnas, vis potestatis prodest,
contemptus vero tere perdet, Nam si filio (ut dixi) imerito cor